



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

8. Beneficio Religioso eiusq[ue] reddituum dispensatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

stendere. Ita ut non tantum ma-  
teriæ leuitas, sed consensus etiam  
ratus Superioris in rem accep-  
tentam vel distractam, tameth  
forte modum accipiendi vel di-  
strahendi ægro animo patiatur,  
mortali peccato & vitio proprie-  
tatis excuset, aut res aliòqui pre-  
tiosa cōfestim Prouisor tradatur,  
vel Prælato, ut acceptance ratam,  
si res adhuc integra extet, habere  
vel improbare queat. Et facilior  
consensus Superioris præsumitur  
in accipiendo, aut acquirendo Cœ-  
nobio quām in elargiendo, etiam  
per modum eleemosynæ. *suar. cit.*  
*cap. 11. n. 9. & 10 Less. cit. n. 79.*

VIII. Collige primo, Religio-  
sum per votum paupertatis à se  
abdicare cuiusvis rei temporalis  
dominium, ut nullatenus possit  
peculium (quo aliquis vtitur, pos-  
sider, defendit iure dominii tan-  
quam proprium independenter)  
habere

habere irreuocabile, & vel peccatū mortale vel veniale, pro graui aut leui violatione voti, atque augeri malitiā per diuturnā detentionē.  
2. Religiosum beneficiarium posse fructus sui beneficii, quod extra ordinē, vel Monasteriū curat, in suā sustentationē, & alios honestos vi-  
sus insumere, etiā absque licentia Superioris, cum sit administrator fructuum ex tali beneficio prouenientium, qui non ad Monasteriū, sed beneficiū pertinēt, dummodò priuatis sanctionibus non impe-  
diatur, quas optimas nostri Cura-  
tores, à Vigilantissimo Abate nostro accepēre, quibus suorum fructuū administrationē accōmo-  
dare obligantur; videantur &c.  
Capituli Provincialis § de voto Pauper-  
tatis, ex Statut. de Pastribus decreta,  
dist. 2 Cap. 23.

IX. Quemadmodū furtā es-  
lentorū, poculentorum à famulis,

M 2 filio